



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1551. usque ad annum 1553

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1771**

**VD18 90118561**

§. 66. Dissensio inter Patres circa Synodi continuationem.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66577](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66577)

ribus, vi cautionis præstitæ, quovis Sæcul. XVI.  
tempore abire liceret, eapropter & A.C. 1552.  
ipse in præsenti rerum articulo hac li-  
bertate uteretur.

### §. LXV.

*Deputatus discedendi copiam extor-  
quens.*

Ad hæc Toletanus, quid ultra respon-  
deret, nil promptum habens De-  
putato hæc significabat: abire quidem  
tibi integrum est, nec etiam id prohi-  
bere possum: nihilominus, quid Cæsar  
mandarit tibi exponere, muneris mei  
erat, ne culpa dissolutæ Synodi, si for-  
te rite continuari ultra haud posset, in  
Imperatoris Ministros reiici valeat. His  
dictis Deputatus Legatis valere jussis  
Theologorum caussam commendabat.

### §. LXVI.

*Diffensio inter Patres circa Synodi  
continuationem.*

Eo tempore Synodi Patres plurimum Sleid. l. 23.  
inter se dissidebant; quippe Hispani p. 861 l. 24.  
ni, Neapolitani, ac Siculi, quinimo p. 873.  
omnes Cæsaris imperio obnoxii sollici-  
tantibus Caroli Ministris urgebant, ut  
cæptis insisteretur, ac Synodus dein-  
eps continuaretur: illi vero, qui Se-

A a 3

dis

Sæcul. XVI. dis Apostolicæ commoda procurabant,  
A. C. 1552. cum Cæfareos Curiæ Romanæ emen-  
dationem moliri vererentur, nihil non  
agebant, ut Synodus interrumperetur,  
hinc illius continuationi impedimentum  
aliquod obiici gaudebant: cum igitur  
Germaniæ Prælati ob imminens belli  
periculum jamjam Tridento discessi-  
sent, Præfules natione Itali, ac Papæ  
subditi parem quoque occasionem præ-  
stolabantur, eoque magis, quod Gal-  
liarum Regem, nec non Germaniæ  
Foederatos adversus Cæsarem arma  
parare, constans fama persuaderet, ac  
jamjam publicæ literæ circumferrentur,  
quibus ad comprobandam novi hujus tu-  
multus æquitatem obtendebatur, quod  
hoc bellum unice ad religionis defen-  
sionem, ac Germaniæ libertatem suf-  
ciperetur. Insuper etiam Henricus II.  
diploma, quo se justis armis Cæsarem  
oppugnare ostendebat, in idiomate pa-  
trio typis edi curavit.

## §. LXVII.

*Mauritii Saxonie Electoris bellum  
adversus Cæsarem.*

Tandem subdola Mauritii Saxonici  
Electoris consilia in apertas belli  
flammas erumpebant, cum die prima  
Aprilis Augustanam urbem obsidione  
pre-

*Thu. l. 10.*

*Steid. l. 24.*

*pag. 874.*

*Heres. hist.*

*de l' Empire*

*l. 2. p. 399.*

*Pallav. l. 13.*

*c. 3. n. 2.*